suo Ego dormivi et
soporatus sum: et e-
xurrexi quia domi-
nus suscepit me Non
timebo milia popu-
li circumdantis me:
exurge domine salvum
me fac deus meus
Quoniam tu percus-
sisti omnes adversantes
mihi sine causa: den-
tes peccatorum contrivi-
sti Domini est salus
: et super populum tu-
um benedictio tua
Psalmus iiii nō diu
Cum tu sit
invocarem ex-
audivit me deus iu-
stitie mee: in tribu-
latione dilatasti mi-
chi Miserere mei: et
exaudi orationem me-
am Filii hominum

usquequo gravi corde
ut quid diligitis va-
nitatem: et queritis
mendacium Et sci-
tote quoniam mirifi-
cavit dominus sanctum
suum: dominus ex-
audiet me cum clama-
vero ad eum Irasci-
mini et nolite peccare:
qui dicitis in cordibus
vestris et in cubilibus
vestris compungimini
Sacrificate sacrifici-
um iustitie et sperate
in domino: multi di-
cunt quis ostendit no-
bis bona Signatum
est super nos lumen vul-
tus tui domine: dedi-
sti letitiam in corde meo
A fructu frumenti vi-
ni et olei sui: multipli-
cati sunt In pace in